



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CXXXVIII. Romanadonationum de Alaleona. De eadem materia potestatis gravandi fideicommisso honoratum in bonis propriis seu jure proprio competentibus; Et in specie, An in vim reservationis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

Demum quoad tertium & ultimum punctum, pro ratione dubitandi contra ipsam Marchionem requirentem, quodque per patrem donatorem primogenitura protogeri poterit ad universam ejus descendendam, observabam plura deduci posse; Primò scilicet ea quæ aliis cumulatis firmantur apud *Orthob. dec. 99.* ut bona donata sponso contemplatione certi ac determinati matrimonii, competant omnibus filiis, non solum procreatis ex illo matrimonio, cujus intuitu & contemplatione donatio facta est, sed etiam ex aliis matrimoniis.

Secundò deducebam ea quæ ex *Berengario, Boerio, Mainardo* & aliis allegatis *disc. proximè præced.* habentur super questione, An sponsus donatarius gratificari possit inter filios, quali quod sufficere debeat eorum genus non egredi, atque ad favorem extraneorum non disponere, adinstar eorum quæ ad materiam textus in *l. semina C. de secundis nuptiis* habemus in parente binubo reservandi filiis primi matrimonii bona in eum obventa ex liberalitate primi conjugis, cum facultate tamen gratificandi ac inæqualiter disponendi inter ipsos filios, ex deductis per *Fontanell. de pact. claus. 4. glof. 9. par. 1. num. 16.* & in sua materia *sub tit. de success.*

Et tertio deducebam in terminis proximis firmata in *d. Romana fideicom. de Casis disc. 134.* ac etiam in *Romana donat. de Cavis disc. proximè sequen.* ubi de gravamine filiorum illius matrimonii etiam ad favorem extraneorum.

His tamen non obstantibus, contrarium de jure verius esse censui ex iis quæ plenè ac punctualitèr firmantur per *Rotam in Melevisana donationis 12. Decembris 1653. & 14. Maji 1657. coram Cerro, impress. decis. 230. & 408. parte 12. recentior.* ubi ex pluribus auctoritatibus latè firmatur in specie, ut de donatione facta contemplatione certi matrimonii ad favorem filiorum ex eo procreandorum, participare non debeant filii alterius matrimonii, quodque ad istorum favorem illi gravari non possint, respondendo in specie *ad d. dec. 99. Orthoboni*, ut ea rectè procedat, quando agitur de illa simplici donatione, quæ licet facta contemplatione certi ac determinati matrimonii, acquiritur soli sponso, non autem filiis ex eo procreandis, habentibus solum illud jus vel interesse, quod nostri vocant *secundarium*, ideoque si ipse donatarius, ultra legitimam filiis reservandam, etiam in extraneos disponere potest, multò magis cura filiis quamvis diversi matrimonii ità jure successorio venientibus tanquam in bonis liberis patris; Atque in idem confert observabam firmata etiam per *Rotam in Romana donationum de Alaleona, de qua infra disc. 138.* ubi de resciscata potestate gravandi filios procreatos ex eo matrimonio, cujus intuitu & contemplatione facta est donatio, ad quam etiam ipsi filii vocati sint, de qua pluries in sua materia *sub tit. de donationibus*, quod hujusmodi donationes vel conventiones non proveniunt ex sola voluntate ac liberalitate donantis, sed ex providentia detantis seu conjunctorum sponsæ pro qualificatione illius matrimonii, quod alias initum non esset, ideoque tales donationes dicuntur ipsius contractus matrimonialis pars & correptiva conventio.

Ex his non obstantibus rationes supra in contrarium ponderatæ, dum ad firmata apud *Orthob. d. dec. 99.* jam responsum fuit ut supra, Atque ad opinionem *Berengarii & Boer.* habetur responso *disc. præced.* super hujus opinionis reprobatione, de qua ex *Cancer, Cotel. & aliis de Marin. resol. 165. lib. 2. 3.* Et quoad decisiones in *Romana fideicom. de Casis & Cardin. Luca de Fideicom.*

in altera *Romana donat. de Cavis* patet responso ex eisdem ob diversas facti circumstantias, in quibus compatibiliter cum præmissis fundatur ea disponendi seu gravandi facultas, ut patet ex *d. disc. 134. & discurs. proximè sequen.* Ideoque pro eo judicio, quod ità primo aspectu absque omnimoda notitia jurium alterius partis ac diversarum facti circumstantiarum efformari potuit, pro dicto Marchione Ferdinando respondendum censui, ex iis quæ in ratione dubitandi sublata ex facto habentur deducta supra in *Senen. primogenit. disc. 117.* super terminatione primogenitura in linea ipsius primogeniti.

ROMANA DONATIONIS DE CÆVIS.

PRO

CAMILLA, LUDOVICA, & SORORIBUS DE CÆVIS.

CONTRA

RATTIS & AGATHA COPERCHIA.

Casus variè decisis per Rotam.

De eadem materia potestatis ordinandi fideicommissum in bonis non suis sed hæredis gravati, seu ad istum jure proprio spectantibus, Et in specie de fideicommissis quod ordinatur in bonis donatis contemplatione matrimonii ad favorem extraneorum & ultra filios ex eo procreatos.

S Y M M A R I U M.

- 1 **F**acti series.
- 2 Resolutiones causæ.
- 3 De conclusione quod testator potest disponere de bonis hæredis quomodo procedat.
- 4 Debitum dicitur quantitatis licet bona essent in facultate solvendi.
- 5 Aliud est agere de conclusione de qua n. 3. ubi agitur de bonis verè proprii hæredis, & ubi de bonis ipsius disponentis donatis cum reservatione.
- 6 Donans non potest adjicere fideicommissum in donatione quæ sit a donatario & filiis ex intervælo.
- 7 An in contractibus masculinum concipiat femininum, quomodo, & quando.

D I S C. CXXXVII.

Contemplatione matrimonii inter Pontium Cavam juniorem, & Ursulam Vigevaniam, Pontius senior sponsi patris magnus donationem fecit seutorum 20. m. pro quibus assignare promisit tot loca montium vel bonæ, quæ tamen subiecta esse deberent dispositioni & fideicommissi.

Et

commissi

commisso per ipsum facto seu faciendo ad favorem filiorum ac descendentium ejusdem sponsi, quem deinde in testamento illinc ad breve spatium condito heredem instituit cum perpetuo fideicommissio ad formam seu ordinem primogeniturae, in ejusdem haredis linea masculina, qua defecta vocavit Pontium & Honoratum de Rattis ejusdem testatoris ex sorore pronepotes, eorumque filios & descendentes masculos; Cumque ex dicto Pontio juniore fuissent superstitis Jacobus masculus, Ludovica, Camilla, Anna, & Laura feminae, dictusque Jacobus obiisset absque prole, scripta haredem Anna uxore. Hinc proinde in bonis sub dicta donatione cadentibus triangularis orta est quaestio inter dictas sorores defuncti ex una, Rattos ex altera, & Annam uxorem ex altera, praetendentibus primis quod tanquam filii ex matrimonio procreati ad dictam donationem vocati essent, secundis autem innixis testamento, praetendentibus factum esse casum substitutionis ad eorum favorem ob defectam lineam masculinam. Et Anna jura utriusque infringente, cum praetensione, quod bona effecta essent libera; Introductaque causa in Rota coram Berilagua, post plures propositiones sub die 4. Decembris 1662. prodiit resolutio favorabilis dictis sororibus tanquam filiis procreatis ex matrimonio, cujus contemplatione donatio facta erat, stante quod ex facultate in eadem donatione reservata ordinandi fideicommissum ad favorem filiorum ex eo procreandorum, sufficiens conjectura, quinimo probatio resultare videbatur, quod filii vocati essent uti filii, sub quorum nomine venirent etiam feminae, quo posito resultat defectus potestatis illas excludendi in testamento per extraneos in defectum lineae masculinae vocatos; Ac etiam judicatum fuit concurrere quoque defectum voluntatis, quod scilicet testamentaria dispositio comprehenderet reliqua bona propria & libera testatoris in ejus hereditate remanentia, atque cadentia sub ejus libera dispositione, non autem ista jam donata.

Concessa vero nova audientia, pluriesque proposta causa cum acerrimis disputationibus absque resolutione, demum sub die 6. Junii 1664. recessum fuit a decisis, firmando punctum voluntatis comprehendendi sub testamentaria dispositione omnia bona etiam sub dicta dispositione cadentia, necnon exclusionem feminarum nedum in ipso testamento, in quo erat literalis, sed etiam in donatione, quod scilicet masculinum ibi contentum non comprehenderet femininum, nihil firmando circa praetensionem Annae contententis de bonorum libertate. Atque in hoc statu, quod sciam, causa silet, nisi mutaverit defensores, quod saepe contingit, quoties praesertim per mortem, vel ex alio accidenti mutantur causarum Patroni, a quibus ut plurimum Advocatorum electio vel mutatio pendet.

In his igitur disputationibus, in quibus vel eorum aliquibus ego scribebam pro dictis sororibus de Cevis, duae fuerunt inspectiones, Una voluntatis, an scilicet dictus Pontius donator in testamento ita disponere intellexerit etiam de bonis sub dicta donatione cadentibus; Et altera potestatis, quae subdistingueda veniebat in duas alias, Unam scilicet circa exclusionem feminarum, restringendo vocationem ad solam lineam masculinam, Et alteram circa ulteriorem progressum substitutionis ad favorem dictorum de Rattis extraneorum post defectam dictam lineam ex matrimonio constituendam.

Prima inspectio seu quaestio voluntatis tota erat facti magis quam juris, unde propterea nullus in eo cadebat juris articulus examinandus; Ex facti au-

tem circumstantiis mihi quatenus in contentione habenti, probabilius videbatur voluntatem aliorum comprehensioni omnium juxta secundam inspectionem, quae proinde in hoc puncto magis placuit. Licet enim ego scribens more Advocati in conclusione, de qua caeteris relictis apud deos dec. 93. & 119. cum aliis in prima hujus causae inspectione collectis, quod scilicet quantum testator voluit disponere de bonis haredis, id non praesumitur in dubio praesumptio sit, quod disponatur de bonis propriis autem de alienis, ideoque ob dictam arbitrarie praesumptionis resistendam efficaciam praesumptio necessaria sit; Attamen mihi videbatur quod praesumptio in suo casu vera, ad hanc facti inspectionem congrue non applicaretur, cum vere ac proprie procedat in ea dispositione, quae fiat de bonis alienis juxta illam dispositionem, quae imbuta habetur praesertim in Romana hareditatu de Spatio disc. 77. ac cum insinuat supra in Romana fideicom. de Causa disc. cum similibus.

In praesenti vero agebatur de dispositione de bonis propriis, non autem de alienis; Nihil stante dicta donatione per quam amissa remaneret libera facultas disponendi, unde bona dictorum pererant propria; Tum quia, ut etiam advenit disc. 134. quinimo clarius hic, quam ibi, non consistebat in ipsis bonis, sed in quantitate eorum 20. m. bona vero erant potius in facili solvendi, quam in obligatione juxta a theoria in l. si quis stipulatus fuerit decem in mille ff. de verborum obligat. cum concordantibus deductis in hac causa secunda decisio, ac habetur in Romana seu Canonum sub tit. de dote disc. 55. & consequenter dici non poterat, quod ipsorum bonorum donorum abdicatum esset a testatore, quodque illi non essent in hereditate, quae solum ita gravata videbatur dicto debito quantitate, & tanquam per vicem detractionis ita etiam prohibita jura causa de quo d. disc. 134.

Tum etiam, quia stante facultate expressa a donatore reservata faciendi dispositionem in testamento, ita non erat disponere de alienis sed de propriis, qualia non obstant donatione dici potest in ordine ad id quod reservatum erat, Et sic non videbatur, quod non vereremur in casu dicta conclusionis, rationabiliter procedentes, quod agatur de illa dispositione, quae facta de bonis vere propriis ipsius haredis gravati, quamdam speciem proprietatis praeserre videtur, vel saltem aliquam exorbitantiam juxta dictum casum in Romana de Spatio d. disc. 57. & latius in eadem sub tit. de testam. & sic magna differentia est inter unum casum & alterum.

Quo vero ad secundam inspectionem, ad hoc magis placuit secunda resolutio, ut scilicet ad testamentariae dispositionis procedendum aliter, licet enim vera sit conclusio plenissime in prima inspectione cum auctoritatibus exornata, quae in causa decisionem cum auctoritatibus exornata, quae etiam disc. proximae sequenti, ut data praesertim donatione contemplatione matrimonii, ad quod filii ex eo procreandi vocati essent ex persona propria non possit per subsequentem diversam dispositionem jus dictis filiis quaesitum tolli vel minui, sed cum oneribus aut alias alterari, Attamen cessare videbatur applicatio ad factum, cum attempta ipsa donatio nulla adesset ipsorum filiorum pericula, & deperinata vocatio, quae solum remanebat in simplicitate donatoris, qui poterat non facere, unde de bonis remanentibus libera juxta distinctionem de qua supra in Romana census seu fideicom. disc. 134.

De l. de testam. etc.

Et infra in Romana donationis de Sylla disc. 140. Et consequenter cessante jure jam quæsito per donationem, quodque totum penderet à dispositione testamentaria, cum hæc restricta esset ad solos masculos, hinc proinde femina extrà illam remanebant.

Atque hinc superflua remanebat inspectio, An sub nomine filiorum in donatione enunciatorum venirent etiam feminae, & sic an masculinum conciperet femininum, stante quod versabamur in contractibus, super quo scribentes hinc inde multum se diffundebant, atque desumendo ab eis, nimium quoque se dilatant hujus causæ decisiones, quoniam hujus inspectionis necessitas caderet quando filiorum vocatio in donatione esset perfecta & dispositiva, adeo reservata facultas percuteret solum accidentia, quorum ommissio non tolleret substantiam, juxta casum de quo d. disc. 118., sed cum verè percuteret substantiam, atque talis vocatio esset imperfecta, nil referre videbatur, an sub masculino conciperetur femininum, nec ne, dum etiam ipsamet masculinum nullam habebat perfectam vocationem.

Sed quando de hoc agendum esset, adhuc probabilis pro non inclusione feminini sub masculino juxta secundam resolutionem mihi videbatur, non quidem ex juris regula seu conclusione, quam generaliter deducebant scribentes tam pro Rattis quam pro Anna, quod in contractibus, aliisque concessionibus inter vivos masculinum non concipit femininum, quoniam ut advertitur supra in Faventina disc. 39. & in aliis, ista propositio percutit casum concessionis exorbitantis, & quam, vel ipsius concedentis vel tertii, seu pro publico bono interfit quo magis fieri potest restringi ac strictè interpretari, puta quia agatur de concessione feudali vel emphyteutica, quam concedentis interfit strictè intelligi, ut ita citius ad eum fiat suorum honorum revertio; Sive de privilegio immunitatis à publicis oneribus, per quod vel ipsi concedenti, vel aliis subditis ob onerum augmentum præjudicatur, cum similibus, in quibus intret illa ratio differentia, quæ dignoscitur inter contractus & ultimas voluntates, ut in illis stricta, in istis verò larva & benigna interpretatio faciendi sit, sed ubi hæc ratio cessat, quia nempe donantis seu alias fideicommissum ordinantis nihil interfit concessionem seu fideicommissum restringi ad unum genus tantum, Tunc nulla subesse videtur probabilis ratio, ob quam neganda sit dicta compræhensio, indubitanter cessantibus contrariis conjecturis admittenda in ultimis voluntatibus, atque istud videtur unum ex consuetis legitarum æquivocis seu erroribus confaricandi conclusiones & auctoritates, in suis casibus quidem veras, in casibus tamen omnino diversis & incongruis; Et nihilominus, ut in præcedentibus advertitur, in hac materia compræhensionis feminini sub masculino, cum id non sit omnino certum ac absolutum in jure, ubi etiam pro regula tenenda sit opinio affirmativa verè magis recepta, adhuc tamen est compræhensio præsumpta ex diversa disponentis voluntate sine dubio elidibilis, ac propterea dicta testamentaria dispositio deservire poterat pro declaratione seu probatione animi, & voluntatis donatoris, de quibus scilicet filiis in dicta reservatione intelligere voluerit.

De ultimo puncto libertatis bonorum præsentis per Annam hæredem masculi ultimo defuncti, ego non egi, cum esset quæstio inter Rattos & Annam, nihilque interesset eorum, pro quibus ego scribam; Verum ex præmissis de consequenti resultat.

Cardin. Luca de Fideicom.

re videbatur resolutio ad favorem substitutorum, quoniam si verum est, ut supra quod ex ipsa donatione nullum jus filii etiam masculis quæsitum esset, quodque reservatio percuteret substantiam futuri fideicommissi, unde propterea ipsorum filiorum jus totum penderet à testamentaria dispositione, hinc sequebatur, quod non poterant impugnare gravamen, quod resultabat ab illa dispositione, à qua eorum vocatio resultabat.

ROMANA DONATIONUM DE ALALEONA.

PRO
MONASTERIO SS. DOMINICI
& SIXTI
CVM
SERVANTIIS.

Casus decisus per Rotam pro Monasterio, & postea concordatus.

De eadem materia potestatis gravandi fideicommissæ honoratum in bonis propriis seu jure proprio competentibus; Et in specie, An in vim reservationis adjiciendi vincula & fideicommissa in donatione facta contemplatione matrimonii, adjici possit fideicommissum ad favorem extraneorum post filios defectos.

S Y M M A R I V M.

- 1 Acti series.
- 2 Resolutiones cause.
- 3 De punctis controversis.
- 4 An religiosi professi succedant in fideicommissis remissivè.
- 5 Facta donatione contemplatione matrimonii non possunt in præjudicium filiorum adjici onera.
- 6 Deservendum est capitulis potius, quam instrumentis.
- 7 Paciscens de vinculo, vel alia facultate in uno casu, censetur dare libertatem in altero.
- 8 Facultas reservata disponendi intelligitur intra genus vocatum.
- 9 Habens facultatem intra certum genus non potest illud egredi.
- 10 Quod ubi non est donatio perfecta, sed promissio de donando, & non adest stipulatio, an actus sit revocabilis.
- 11 Quando promissio de donando importet perfectam donationem.
- 12 Verbum promissit importat stipulationem.
- 13 Patris acceptatio prodest filio nascituro.
- 14 Quod non debeat attendi figura verborum, sed substantia voluntatis.
- 15 Ex quibus deprehendatur substantia voluntatis.

D I S C. CXXXVIII.

IN capitulis matrimonialibus initis super matrimonio contrahendo inter Franciscum Alaleo-